



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 33. Propositiones a Lallierio explicatæ

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

positionem, quam idem Laillierius in sua Sorbonica protulit his conceptam ver-
bis.

Simplex Sacerdos potest ita bene conferre Chrisma & sacros Ordines conferre, sicut Papa, vel Episcopus, & omnes Sacerdotes sunt æqualis potestatis, tam Ordinis, quam jurisdictionis, tantamve auctoritatem habet Thomas apud Indos, quantam Petrus apud Romanos. Circa hanc propositionem Facultas definivit, quod tota hæc computativa sit falsa & hæretica, atque in actus scholastico Sorbonico publice ab eodem Laillierio revocanda, decrevitque, Auctorem nullatenus ad Doctoris honores admitendum esse. Ille ita exclusus ad Regium Senatum provocabat, a quo tamen totum negotium ad Episcopum Parisiensem remittebatur, ut ipse Doctorem instrueret, ejus vero doctrinam cum Inquisitore, ac quatuor Doctoribus a Facultate deputandis sedulo discuteret; quo facto Laillierius Parisiensis Episcopi Officiali literas porrexit, ut quarumdam suarum propositionum sensum explaret.

Sæcul. XV.
A. C. 1486.

Dupin. bibliot. script.
tom. 12. in 4.
pag. 149.

§. XXXIII.

Propositiones a Laillierio explicatae.

Hæ literæ sequentis erant tenoris: *Argente ibi*
„ I. Nec in veteri, nec in novo Te-
„ stamento unquam legi, Christum Do-
„ minum,

Sæcul. XV. „ minum, aut ejus Apostolos corporale
 A.C. 1486. „ jejunium indixisse, velut rem præ-
 „ ceptam sub pœna peccati mortalis,
 „ aut æternæ damnationis, item nec
 „ sancti Patres, qui in suo Decreto hujus
 „ jejunii mentionem fecerunt, illud præ-
 „ cipiunt sub pœna excommunicationis
 „ majoris aut peccati gravis, nec illis u-
 „ tuntur verbis: *Præcipimus, & man-*
 „ *damus.* II. In nulla concione enun-
 „ tiavi, quod Ecclesia possit vel non pos-
 „ sit nos obligare sub peccato mortali,
 „ sed in disputatione, præsentè Reve-
 „ rendo in Christo Domino Patre Mel-
 „ densi, durante scholæ curriculo *pro &*
 „ *contra* argumenta protuli, tanquam de
 „ materia problematice proposita, ut a-
 „ lias Joannes Gersonius, & Petrus de
 „ Alliaco Magistri facere assolent. III.
 „ Nec unquam affirmavi, Sacerdotibus
 „ post susceptos Ordines licitum esse
 „ connubio conjugii, sed affirmavi, quod
 „ a Passione Domini nostri J. C. usque
 „ ad Gregorium VII. Anni millesimi se-
 „ ptuagesimi tertii matrimonio juncti
 „ fuerint, atque ipsemet S. Petrus & S.
 „ Paulus conjuges habuerint; necnon
 „ S. Philippus Apostolus & Diaconus;
 „ S. Fabianus Papa & Martyr; Sanctus
 „ Hilarius Pictaviensis Episcopus; S. Ger-
 „ manus Antissiodorensis pluresque alii
 „ nuptias inierint: hanc clausulam ante
 „ bien-

biennium protuleram., IV. *His ma-* Sæcul. XV.
gis expressa ac duriora habentur per Magi- A.C. 1486.
strum Joannem Gersonium in tractatu de
vita spirituali animæ prolata.

Eadem Facultas hasce propositiones censoria severitate denuo perstrinxit in solemnī Congregatione apud S. Mathurinum die decima nona Maji hoc anno habita, ac de prima propositione pronuntiat: *Hæc, ut dependet ex titulo præcedenti, est temeraria, scandalosa, schismatica, bonis moribus contraria, sacrosanctæ universalis Ecclesiæ consuetudini & Sanctorum Doctorum determinationi derogans, multipliciter hæresim sapiens, ac publice & solemniter revocanda. De secunda propositione nihil asserunt Facultatis Deputati sed expectant ampliorem inquisitionem. De tertia censent, quod quantum ad id quod dicit, S. Paulum fuisse uxoratum, sit falsa, temerarie asserta, sacre Scripturæ verisimiliter dissonans, & quoad sensum, quem prætendit, una scilicet cum titulo his assertionibus præposito, sit scandalosa & sacerdotalis pudicitie corruptiva. Quartam autem affirmant esse falsam, & Gersoniani nominis detractorem.*

§. XXXIV.

Publica Laillierii Palinodia.

Postquam Arnulphus Alouf Promotor *Argentore* v.
 Curie Ecclesiasticæ Parisiensis edoc-
 etus